

EXAMEN DE FIN D'ÉTUDES SECONDAIRES CLASSIQUES

Sessions 2023 – QUESTIONNAIRE ÉCRIT

Date :	22.09.23	Durée :	14:15 - 16:15	Numéro candidat :	
Discipline :	Latin	Section(s) :	CA / CA-LLCO / CA-MAT / CB / CC / CD / CE / CF / CG / CG-COMED / CI		

Texte connu (30 points)

Itaque, credo, si civis Romanus Archias legibus non esset, ut ab aliquo imperatore civitate donaretur perficere non potuit ! Sulla, cum Hispanos et Gallos donaret, credo, hunc petentem repudiasset ! quem nos in contione vidimus, cum ei libellum malus poeta de populo subjecisset, quod epigramma in eum fecisset tantummodo alternis versibus longiusculis, statim ex iis rebus quas tum vendebat jubere ei praemium tribui, sed ea conditione, ne quid postea scriberet. Qui sedulitatem mali poeate duxerit aliquo tamen praemio dignam, hujus ingenium et virtutem in scribendo et copiam non expetisset ? Quid ? a Q. Metello Pio, familiarissimo suo, qui civitate multos donavit, neque per se neque per Lucullos impetravisset ?

Cicéron, *Pour le poète Archias*, X, 25-26 (105 mots)

Texte inconnu (30 points)

Que Lucilius se fixe certains jours pour s'entraîner à la pauvreté.

[...] interponas¹ aliquot² dies quibus, contentus minimo ac vilissimo³ cibo, dura atque horrida⁴ veste, dicas tibi : « Hoc est quod timebatur ? » In ipsa securitate⁵ animus ad difficilia se praeparet et contra injurias fortunae inter beneficia firmetur ! [...] ne imparatos⁵ fortuna deprehendat⁶, fiat nobis paupertas familiaris ! Securius divites erimus, si scierimus, quam non sit grave pauperes esse. [...] aliquos dies destina⁷, quibus secedas⁸ a tuis rebus minimoque te facias familiarem ; incipe cum paupertate habere commercium⁹ :

Aude, hospes, contemnere opes et te quoque dignum

*Finge deo.*¹⁰

Nemo alius est deo dignus quam qui opes contempsit ; quarum possessionem⁹ tibi non interdico⁹, sed efficere volo ut illas intrepide¹¹ possideas⁹ : quod uno consequeris modo, si te etiam sine illis beate victurum persuaseris tibi [...].

Sénèque, *Lettres à Lucilius*, XVIII, 5-13 *passim* (114 mots)

¹ Interponas

à traduire ici par un impératif ; interpono, is, ere : intercaler

² Aliquot

traduire comme *aliquos*

³ vilis, e

commun, ordinaire

⁴ horridus, a, um

grossier

⁵ imparatus, a, um

non prêt

⁶ deprehendo, is, ere

prendre au dépourvu

⁷ destino, as, are

fixer

⁸ secedo, is, ere

se retirer

⁹ commercium habere cum + abl.

faire connaissance avec

¹⁰ Ce vers est tiré de l'*Énéide* : il s'agit du langage que tient Évangre à Énée après lui avoir raconté comment Hercule n'avait pas refusé d'entrer en son humble logis.

¹¹ intrepide

sans crainte, sans alarmes